

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Grammatica

[Straßburg], [um 1495/97]

O domine [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia in ea fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. Quomodo regula. quia verbum transitivum constructum cum obliquo a parte post facit constructionem transitivam actuum. Versus. Trans a obliquus cum post verbum situat. Qualis est ipsa. Congrua. vt supra. Scdm quam regulam. Verbum transitivum natum est regere obliquum a parte post. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam generat in auditore quantum in ipsa est. Et idem intelligendum est de participio. vt legens librum. Quod autem constructio totalis est perfecta. hoc non provenit ex constructione verbi cum obliquo. sed provenit ex constructione suppositi cum apposito. quia ibi intelligitur nominativus prime persone. qui supponit isto verbo lego.

Filius hominis Est constructio. Que vocatur ipsa. Nominis cum obliquo. Que est ipsa. Transitiva personarum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi est transitio super obliquum et neutrum constructibile significat actum. Quomodo regula. Quia obliquus rectus a nomine facit constructionem transitivam personarum. Versus. Nomen et obliquus fiet constructio trans per. Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Quando in aliqua oratione ponuntur duo nomina substantiva ad diversa pertinentia sine coniunctione media. tunc vnum illorum debet poni in genitivo. vt capa sonis. tunica platonis. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam demonstrat in auditore. quantum in ipsa est.

O domine Est constructio. Que vocatur ipsa. ad verbum vocandi cum vocativo. siue constructio excitantis cum suo excitabili. Que est ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. Quia ibi fit transitio super vocativum. et alterum constructibile significat actum exercitatum. quia exercet vocativum circa vocativum in ordine ad actum. Quomodo regula. quia adverbium vocandi vel hortandi constructum cum vocativo facit constructionem transitivam actuum

nm. Versus. Quis vocatiuum sociatum trahit dabit actum.
Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Aduer-
bium vocandi natu est regere vocatiuum ex vi excitationis.
Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam senten-

Volo legere Est constructio. Que vocatur ipsa. Co-
structio verbi cum infinitiuo. Que est
ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et
regula. Quomodo diffinitione. Quia verbum prohereticus
dependet ad infinitiuum habentem rationem acti Et sic vir-
tualiter fit transitio super obliquum. et alterum constructi-
bile significat actum. Quomodo regula. Quia infinitiuus
constructus cu verbo proheretico facit constructionem transi-
tiuam actuum. Versus. Infi. cum verbo facit actus transi-
tionem. Ex quo patz falsitas illius versiculi. In fi. cum ver-
bo facit personaz intrans. Qualis est ipsa. Congrua. Se-
cundum quam regulam. Quando duo verba ponuntur in
eadem oratione partiali sine coniunctione media. tunc vnus
eorum debet poni in infinitiuo. vt volo legere. Quanta est ip-
sa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam demonstrat in
auditore quantum in ipsa est. Et licet totalis constructio sit
perfecta et congrua scdm regulam immediate positam de co-
gruitate. tamen ista perfectio non prouenit ex constructione
suppositi cum apposito.

Sorites et plato Est constructio. Quare est con-
structio. Quia est constructibi-
lium vnio ex modis significandi causata ad exprimendum
mentis conceptum finaliter inuenta. Que vocatur ipsa. Co-
structio coniunctionis cum suis coniungibilibus. Que est
ipsa. Intransitua personarum. Unde hoc scitur. Diffiniti-
one et regula. Quomodo diffinitione. Quia ibi non fit tran-
situs super obliquum. et neutrum constructibile dependet ad
prius. rē. Quomodo regula. Quia coniunctio coniungens
sequens constructibile priori. Unde versus. Pars inde cuz
de. rē. Notandum tamen q partes indeclinabiles non ha-
bent propriam constructionem. sed a partibus declinabili-
bus. ideo dicuntur construi scdm modum partium declina-
bilibus. Verbi gratia dicendo sic. Video soritem et platones
ibi coniunctio transitue constructur. Dicendo vero. Sor-
Bij